



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

De officio diuino. Cap. 5.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

Ricardus de  
securit.  
confidit  
c. 26.

scribimus, quod tamen tempus ex prescripto veterani assignatum non est; quia cum hac discussione egerit, extra generale examen (de quo postea) secundum patris spiritualis iudicium, ipsi scient aliquam breuem moram ad illam faciendam sufficiat. Peracta ergo oratione, orationem examinata, & modum huius discussionis, ex Ricardo Victorino eam expressè docente poteris intelligere. Sed si per Danièle, inquit, deuotionem oportet intelligere, forte hoc erit Danièle intra semetipsum cogitare: deuotionem nostram semetipsum dilucutere, semetipsum examine, quam seruens, quam frequens, quam duplex sit, apud semetipsum inquirere. Apud semetipsum cogita, cum studijs & exercitijs sui qualitatem, modum, & intentionem penfar. Cogitat apud semetipsum, dum diligenter inquirit, si hoc ipsum quod bene intendit, non de suis virtibus, sed de sola pietate Domini presumit. Si nondum intellexisti, adhuc clarius accipe. Cogita an te ad orationem preparueris, materiamque meditandam præuenieris, & affectum ex meditatione eliciendum præuidaris. An dato orandi signo statim incœperis, aut saltem sine villa mora ad locum destinatum accurseris. An distractus, an vero spiritu collectus astiteris. An dormitorieris aliquantulum, an vigil & eres steteris. Cogita quid fueris meditatus, an intellectui plus nimio habenas discurrenti laxaueris, an paruum affectum, an moderatum an ardenter habueris; an tepide, an vero instanter postulaueris, an cum debita reverentia aut portius minus reverens & humilis apud Dominum fueris; an sine causa infirmitatis aut imbecillitatis sufficiente stans, aut sedens, & non genuflexus steteris, & denique an alium defectum curiositatis, diffidentiae, pusilliunitatis, præpostera intentionis, aut similiū admiseris. Si te minimè defecisti deprehenderis, Dei beneficium agnosce, & pro eo gratias age, simul & quo modo alia die tibi sit procedendum, addisce. Si vero in aliquo defecisti, non tantum doleas, sed & culpæ causas inquiras, ut post modum culpam vitare, & quo modo tibi sit defectus mendandus, & recte procedendum, agnoscas. Hæc est tota huius discussionis ratio, qua paulatim, aspirante Dei gratia, sine defectibus Domino astare, & cum ingenti fructu meditari, & orare assuefscimus.

### De officio divino.

#### CAPUT V.

**I**NITA oratione, Sacerdotes Primam dicimus, & suis temporibus alias canonicas Horas tum diurnas tum nocturnas recitamus; quare de toto diuino officio dicendum est nunc, ne eadem sepius repeatantur. Horæ canonicae officium Sacerdotum sunt, & vocantur, ut ipso nomine ad magnam curam ac diligentiam eis adhibendam impellaris. Vnusquisque enim, nisi planè insipiens sit, & excors, suum officium strenue ac diligenter exequitur, & quo magis necessarium & sublimius est eo diligenter exequitur; & si in hoc deficiat, tanquam malus minister ac infidelis, ob suam incuriam locordiamque damnatur. Nullum autem est minus in Ecclesia (nam & officium sacrificium continet) quod aut necessitate, aut dignitate hoc Sacerdotum officium superet, aut ei merito se coqueret. Horis enim ut decet persolutis Deum placamus, ad misericordiam flectimus, Angelorum munus usurpamus, cœlestem patriam lætitia perfun-

A dimus, dæmones cohæbemus. Iure que optimo, inquit Bernardus: Si autem cum Apostolo psallas spiritum, psallas & mēre, cognosces & tu de illius veritatis sermonis, quem dixit Iesus: Verba, quæ loquuntur sum vobis, spiritus & vita sunt. [Et ite quem legimus, dicens Sapientia: Spiritus meus super mel dulcis.] Sic delebitur in crassitudine anima tua. [Sic holocaustum tuum pingue fieri.] Sic placabis Regem, sic placabis Principib; sic denique totam tibi cariam benevolā reddes, & odorati odorem suavitatis in celestibus de te quoque dicent: Quæ est illa, quæ ascendit per desertum, sicut virgula summi ex aromatibus myrra, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentari?] Si Horas persolueret officium tuum est, & tanta dignitas, ac uilitatis officium, vide quanta diligentia, quanto conatu debeat illi intendere, & vniuersis reverentia ac deuotionis impedimentis ob sistere.

Quamlibet igitur Horam congruo tempore secundum Ecclesiæ consuetudinem recitabis, aut saltem ei, quantum fieri possit, iuxta morem virorū spiritualium, inter quos viuis, te accommodabis. Omnia tempus habent, & qualibet officij Hora suum tempus requirit, in quo à Domino tanquam debitu obsequium exigitur. Si autem domini temporales agere fecerit, quod corum serui celeriter, & suis temporibus imperato obsequia non offerant: quanto meliori inter vniuersorum Dominus irascetur, si seruus eius ad manus orandi consecratus, & huius causa cura temporalium vacuus, horam debiram orandi prætereat, & importuno tempore sua ministeria exhibeat? Ridiculum esset & valde preposterum, si hora surgendi è lecto te ad cubandum nudares, & hora cubandi & quietendi, ad laborandum indueres, & vestibus amicires; si velles etiam diebus dormire, & noctibus in foro & in curia negotia tractare. Sed non minus præpostorum est, quod aliquando non sine pudore cōspexi, matutinas Horas, hora ferè prandij recitare, & Primam aut Tertiam ad Solis abscessum incipere. Terreat te, ne diuinum officium more istorū tepidorum & negligentiarum à conuenientibus horis extra hasterribile exemplum, quod nō meis, sed Petri Damiani verbis subiicit: Clericus, inquit, Colonensis Ecclesiæ vadum fluminis transfiat, & ecce Beatus Seuerinus eiusdem Ecclesiæ nuper Episcopus equi eius habenas apprehendit, cūque retinens habet. Cūque ille in itupore versus, & grauiter admiratus, cur illic tam clarus & tam celebris fama vir moraretur, inquireret: Da mihi, ait, manum tuam, & quæ circa me sunt, non audiu disce, sed tactu. Cūque datam manum fluctibus Episcopus impressisset, tantus eam ardor absorbit, ut vindique carnes eius resolutæ diffuerint, & ossa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem clericus, Cū nomen, inquit, tuum in tanta benedictione sit apud nos, & fama tua consonis totius Ecclesiæ præconis celebretur, cur te pestilens hævorago constringit, tantòque (proh dolor) incendio cruciari? Ad quem sanctus Episcopus: Nihil, ait, aliud in me remansit, si non plectendum præter hoc tantum: quia dum in aula regia constitutus, imperialibus me consiliis vehementer implicui, canonica synaxis officia per distincta horarum spatia non perfolui. Manè quippe simul omnia coaceruans, tota die negotiis ingruentibus secura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligētiā Horarum, ardoris huius fero supplicium. Hec ille. Et ego horror, monere que te, ut non solum congruis temporibus recites, sed cur que etiam Horæ temporis patrum conuenies, & minimè angustum affinges, ne ob temporis breuitatem festinare compellaris. Nec

Bern. Ser.  
7. in C. 2.

Ecc. 24.  
n. 27.  
Isa. 55. n.  
2.  
Psal. 19.  
n. 4.  
Cant. 3.  
n. 6.

Ecc. 1. 3. n.  
1.

P. Dam.  
Li. de Mi-  
raculis.

te ex nimietate occupationū excusas: vidimus enim, & quotidie videimus, homines satis occupatos res & negotia ita disponere, ut ad ritē persolendum hoc pensum nunquam eis tempus commodum: quietumque deficiat. Et, si à Deo lucem possumus, sed in bono exitu negotiorum non tua imbecillitati, sed eius misericordia confidens, tempus aptum minimē tibi deesse monstrabit, & tranquillitatem in orando concedet.

Locus proprius recitandi Horas, est chorus, in quo homines Deo confeccati ad fundendas publicas preces cōueniunt. Si autem priuatim recitas, locus aptus est oratorium, vel cella, vel alia decens pars domus, in qua nihil sit, quod tanti muneris dignitatē & maiestatem offendat. Licet enim oratio, qua sola mente fit, vbiique locorum haberi possit, quia sicut mens ex seipso non addicta loco, ita neque in sua actione à loco dependet: & licet vocalis oratio, si necessitas instet, in quo cumque loco possit fundi, quia tunc necessitas locum honestatē, tamē si commode fieri possit, locus quietus, & decens eligēdus est, vbi nihil persisteat, nihil sensus ad alia vocet, & vbi non peragatur abiecta ministeria. Nam oratio vocalis corporalis est, sensuque perceptibilis, qua Deum exterius alloquimur, & cor nostrum quasi hostiā maestamus: unde, sicut alia sacra corporalia, locum honestum decentiēque requirit. Volo viros orare in omni loco, ait Paulus, leuantes puras manus sine ira, & dilectione. ] Sed vel de oratione mētā intelligit, ut Iohannes Aquinas vult: vel non tantum Hierosolymis, sed in aliis locis orādū esse dicit, & ideo locum, iudeorum tempore, orationi deputatum, excludit: vel in omni loco apto, aut orationi deputato orandum esse praeferitur; aut tādem ad necessitatem respicit, in qua locus etiam spūcissimus, vt lupanar, in quo oravit Beata Agnes, orationem non turpat. Unde Basilius ait: Non locus sed propulsus initium requirit. Je-remias enim in luto erat, & Deum attraxit. Daniel in leonum lacu Deum placauit. Tres pueri in camino Deum promeruerē. Latio non cruce prohibitus, quin paradisum assequitus fuerit: Iob in stercore (vt etiam Petrus atque Paulus in carcere) Deum ad misericordiam prouocauerit. Igitur vbicumque fueris, ora, vel si ante iudicem, ora. Cūm autem tu locum habeas, in quo quietē & attenē possis orare, ille tibi eligendus est, vt locus ipse spūtum colligat, & ad deuotionem inducat.

Situs corporis in recitandis horis, cūm in choro recitas, talis sit, qualis in vīo est apud alios, qualēmque Ecclesia praescribit. Ibi sis sine villa singularitatis nota, sine vīlo immodestiae signo, sine vīlo indicio levitatis. At cūm solus & scōfum precari, aut genuflexus, si vires corporis ferant, aut stans, quod spiritui Ecclesiae conformius est, aut certē humiliter sedens, preces horarias fundes. Nam immodestē sedendo precari, aut hoc illucque temere circumcurfando, aut in lecto cubando, lignum est fidei modicissimum, & cordis irreuerentissimi, quod nescit diuinā maiestatis praeſentiam ponderare. Si sic te habens non auderes regem aut prælatum alloqui: quomodo sumum Deum alloqui non erubescis? Ad hoc propositum Petrus Damiani in illo libello de miraculis, hāc narrat historiam. Prior quidam fuerat, nomine Ioannes, qui lenis quibusdam infirmitatibus malitentus videbatur semper & gracilis. Hac itaque sui corporis imbecillitate confusus, sēpe iacens in lecto completorum decurreret. Accidit autē vt demoniacus quidam non procul abeſset, qui multa hominum secreta, & obſcenos actus impudens propalaret. Cūmque præfatus Ioannes dæmonem exire præcipere, &

A quibusdam exorcismi quæſtionibus flagellaret: Tu nē, ait, ille es, qui sub coro quotidie completorum insurras? & modò me quasi sanctus eicere, & iuris mei vasculum de meo vis dominio liberare? Hoc audito, frater erubuit, quia rei veritātē etiam per mendacij recognovit authorem. Iam vides diabolum agrotō homini illudentem, quod cubans completorum recitas. Quanam igitur tui despiciētā terribilitate, tuasque orationes subsannabit, quia ex sola ignavia & irreuerentia, aut cubans aut irreuerenter ambulans, aut immodestē te gerens, non vaam, sed omnes horas canonicas recitas? Dicce itaque, ante Deum irreuerenter astare, & rem magnam debita modestia, & corporis dispositione perficerē.

Ante initium officij, mentem prævia aliquā oratione vel pia consideratione recolligas, simili ei, quia ad orationē mentalem dispositus, ut deuotus hoc munus obreas, & maiori deuotione perficias: de quo hāc ait Bonaventura: Priusquam incipiatur officium, prævenire studeas si potes, ut cor ad aliquam deuotionem sit adaptatum, quād officium inchoatur. Ideo enim tam desideres, & tepidi funus in diuino officio, quia antē non sumus in aliqua deuotione exercitati, & ita sicut intra vias frigidī, eximus corde dissoluti. Stude in ipso initio cogitationes vagas abucre, & intende his quā pfalluntur, alioquin tumultus earum vix poteris evitare. Sic ille. ] Singula verba bene proferes, non truncabis, non dinubes, non acceleranter pronuntiabis, sed integre, distinetē, & apolite ad intelligendum dices. Ad quod multum valer actualis irreuerentia, qua Deum adesse contempleras. Si enim hominem alicuius autoritatis erubesceres, præcipitanter, & verba truncando, alloqui quanto magis de bes confundi & erubescere, si iniuriant illam maiestatē Dei indebito modo alloquaris. Valet etiam nō aximē illa consuetudo, qua te ipsum ad bene pronuntiandas, & ad singulas voces integre proferendas cogas. Si enim conatus illius oratoris ad bene proferendum tantum valuit, vt balbutiem lingue vicerit, & naturę vitium emendauerit; quanto magis conatus viri spiritualis, diuina gratia adiutus, prauam consuetudinem, ex incuria & irreuerentia procedentem, vincet? Nec manus erit præmium illius quām istius; nam ille conatu suo, & pronuntiatione optima aliis rebus ad eloquentiam pertinentibus adiuncta, vici eloquentissimum nomen obtinuit; hic verò non opinionem apud homines, sed ſeu Dei fideliſſimi gloriam, apud ipsum Deum, & homines, & angelos obtinebit.

Non distracte, non quasi aliud agens, sed attente precerabis: ita scilicet vt ad verba, quā dicas, vel ad ſenſum eorum, quā dicas, si intelligis, vel ad ipsum cui dicas, nempe ad Deum omnium conditorem, attendas: si mihi credis, his tribus attentionibus simul iunctis allueſces. Vide quām pie Thomas à Campiū ſpiritum ad orandum colligat. Recordate dilecti Domini tui Iefu in præſepio iacentis, aut in cruce pendentes, aut in celo ad dexteram patris, tanquam coram eo afflites, & cantates. Iphē sit in corde tuo, & in labiis tuis ad pronuntiandum aperi & distinguē verba Spiritus sancti, cuius ope & arte diuinum officium ordinatum est. Statue Iesum ad dextram tuam, & Mariam ad ſinistram tuam, & omnes sanctos in circuitu eorum. Omnes fratres tui ſint tāquam Angeli Dei. Et cum quibus nunc pfallis in terris, ſpera etiam te cantatū in celis. ] Ita collectus, Deum tuum p̄ſentem attende, & si intelligis (cura autem vt intelligas, & psalmorū expōſitionem addiscas), ū ſpiritu affectu psalmiforma; ū affectu ū amoris,

Bonav.  
trat. de  
in ſeriori  
homine.  
c.s.

Thom. à  
Camp. de  
dif. clau  
ſtr.c.s.

1. ad Tim.  
2. 8.

Basil.

Iere. 38.

Dan. 6.

Luc. 23.  
Iob. 3.  
Aſt. 12.

Petr. Da-  
miani ſu-  
pra.

Aug. ad  
psal. 30.  
cap. 3.

Matt. 15.  
18.

amoris, amas; si timoris, metue; si defideris, desidera; si gratitudinis, gratias age; si petitionis, postula; & cor faciat, quod verba significant. Audi quām breviter quām suauiter Augustinus hanc vtilissimam artēm psalmos recitāndi docuerit. Et, si orat psalmus, orate; & si gemit, gemite; & si gratulatur, gaudete; & si spe-  
rat, sperate; & si timet, temete. Omnia enim quae hic conscripta sunt, speculum nostrum sunt. ] Si psalmos ita recitaueris, miram ex hac Ecclesiastica oratione vtilitatem pessentes.

Tandem horas dices denotē, ita scilicet ut eni-  
tatis accendi amore Dei, & affectibus sanctis quos pre-  
diximus, tangi, & intelloctu & affectu ad ipsum Deū & ad desideria rerum coelestium extrolli. Causa ne sis ex illis, de quibus dictum est: Populus hic labii me honorat, cor autem eorum longe est a me.] sed potius ex illis, qui orant spiritu, orant & mente: plorūt spiritu, nempe voce, quae in aere recipitur; pfallunt & mente. Sic in terris, angelorum officium obibis, & affectibus eorum incalesces, & vitam similem habe-  
bis eis, quam ipsi lati & beati semper habent in celis. Finita hora sive officio, consistet preicatione ad honorem Dei, & omnium sanctorum laudem, & viti-  
litudinem Ecclesie, tuum illud opus offeres, & pro neg-  
ligentiis humiliter veniam petes. Hie est modus recitandi diuinum officium, quo dum quid aliud melius non inuenis, vii poteris; cui si feruide & diligenter te accommodaueris, non minus hac oratione vocali quam mentali proficies.

### De preparatione ad Missam.

#### C A P V T V I.

Iona. 13.  
10.

Bonu-  
strat.  
de  
prepara-  
tione ad  
miss. A.

**O**N VENIENTI tempore, qui bene-  
ficio Domini ad reuerentissimam sacer-  
dotij dignitatem evecti sumus, sacrum  
facimus, & prius ad illud perficiendum  
pro nostra exiguitate disponimus. In hoc autem, bone Deus, quanta dici possent, quae nostram repiditatem accenderent? Sed quia hic non puncta medi-  
tandi, nec materiam orandi, sed modum studiose  
viuendi prescribimus, his omnibus omisimus, solum  
capita prævia dispositionis attingamus. Hac qua-  
tuor sunt: vita puritas, intentionis rectitudine, deu-  
otionis excitatio, & generalis pro his quae alii & nobis  
necessaria sunt, postulatio, quae ex ipso Sacerdotis  
munere eruuntur. Sacerdos enim debet esse vita  
mundissimus, in cuius signum Discipuli antequam in  
Sacerdotes conseruantur, mundi pronunciati sunt,  
dicente Domino: Et vos mundi estis, & antea mun-  
di amplius adhuc mundati sunt, & pedibus loti. Nam  
qui lotus est, inquit, non indiget nisi ut pedes lauet,  
sed est mundus totus. ] Hoc sane vt & ipsi & omnes  
posteri intelligent, sacerdotis munus eximiam  
quandam postulare munditiam. Vmbra istorum,  
nempe veteris legis sacerdotibus, dictum est in Le-  
uitico: Omnis homo qui accesserit a stirpe ve-  
stra ad ea que consecrata sunt, & que obrulerunt Is-  
raeli Israhel domino, in quo est immunditia, penit-  
coram domino. ] Si vmbra, quae obscura &  
teatra esse solet, munditia candor indicatur, quam  
merito insignis quedam munditia & sanctitas a sa-  
cerdotibus exigeret? Sacerdos sit intentione recti-  
fimus, & factos sanctum sacrificium ad Dei gloriam  
ordinatum, non ob aliud, nisi ob Dei gloriam, &  
ea que Dei gloriam concernunt, offeratur. Qui ali-  
ter celebrat, dignus est ab omnibus deplorari. Bo-  
nauentura profecto sic sacerdotes preposta inten-

A tione celebrantes deplorant. Vx, vx, va, Domine Deus, quanti hodie infelices ad sacros ordines ac-  
cedunt, & diuina mysteria accipiunt, non eccl-  
esiæ panem, sed terrenum quærites non spiritum,  
sed lucrum; non Dei honorem, sed suam ambicio-  
rem; non salutem animarum, sed quæsum pecunia-  
rum; non Christo seruire mundo corde, & corpore,  
in sacris mysteriis, sed deliciarit dirati, superbita, & lu-  
xuriari de patrimonio Christi. ] Sacerdos sit devo-  
tione flagrantissimus, quia panem celestem offert,  
amore calidum, & ad prioram accedit igne charita-  
ti accensam. Volauit ad me, inquit Iaias, unus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem for-  
tulerat de altari. Et tergit os meum, & dixit. Ecce tergit hoc labia tua, & austere trinitatis tua. ] Cal-  
culus hic Christi fuit typus. Haec demum erat, inquit Cyril. A.  
Cyril. A.  
lex. lib. 1.  
in Isa. abi

I*n. 6. 6.*  
B calculus hic Christi fuit typus. Haec demum erat, inquit Cyril, Christi significatio, & representatio, qui propter nos, ac nostra causa scriptum in faci-  
cium spirituale, purum ac impollutum, obulutus odo-  
rem suauis fragrantia. At hoc loco calculus carb-  
onem lignitum, vel carbunculum, pretiosam gem-  
mam, significat: Carbo autem lignum est omni ex parte, intus & foris signe plenum, & carbunculus gemma natura ignea est, qui ad modum ignis fulget, & splendet. Sic Christus homo est in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, & inchoatum est amoīs, qui animas illuminat, & calore charitatis inflamat. Quare sacerdos hunc ignem tangens, & hanc geminat, quotidie in sinu recondens, necesse est, ut igne charitatis & devotionis ardor, non vero  
C tepiditate rigescat. Sacerdos tandem sit postulatione largissimus. Nam parti filium offert, filium unigeni-  
tum, filium summum dilectum, filium & qualem. Sa-  
crificium offert infiniti valoris, premium nullis terminis limitibusve conclusum; hostiam summam gratiam, & oculis diuinis acceptam. Quid multum, in tanto munere multa & magna petat, & pro lege est in omnibus, se quicquid petierit, impenetratum esse confidat?

*Prima preparatio, Puritas vite. §. I. n. 207*

D **P**rima ergo preparatio ad celebrandum & quasi  
a longe, est puritas vite, quia tam sancte, tam cir-  
cumspicit, tam seruile vietur es, ut de diuina mis-  
eratione confisius quotidie celebrare merearis. Ad sa-  
crificium enim offendendum non pueri, sed perfe-  
cti homines admittuntur: & solidum ac super-  
substantiale cibum non teneri infantes, sed vi-  
robusti percipiunt. ] Christus autem in hostia sa-  
crificium est omnium sacrificiorum sanctissimum, cibus est grandium, & solidum ac firmum alimentum, quod imbecilla pectora bene non capiunt. Non minus obest digna sumptio eius puerilitas cordis, & infirmitas animæ, si ei per curam sancte vnguedi non obistamus; quam infirmitas & imbecillitas sto-  
machi obest cibi solidioris sumptioni. Et haec est causa (quod tremens dico) quare multi quotidie celebramus, & post multos sacerdotij annos modica ex

E hoc incremento sacrificio, & ministro lacoamento do-  
na cœlestia recipimus, quia parum parati vita bona, & conuersatione sancta, ad ipsum manibus offeren-  
dum, & ore suscipiendum, accedimus. Seminalis  
multum, inquit Aggeus Propheta, & intulisis pa-  
tum, comedimus, & non estis satiar, bibitis, & non  
estis inebriatori; opernatis vos, & non estis calefacti, &  
qui mercedes congregauit, misit eas in faciem per-  
tulsum. ] Reddit autem causam inferius. Quia do-  
mus mea deserta es, & vos festinalis vnuſquaque in  
domum suam. ] An non seminalium us multum, cum

*Aggeus 1.  
6.*

*Ibid. n. 9.*